Alessandro Cesareo

# Notkeri Balbvli
# Gesta Karoli Magni
# in Italicum Sermonem
# Versa et Adnotationibus Instructa

Morlacchi Editore *U.P.*

Impaginazione e copertina: Jessica Cardaioli

Isbn: 978-88-6074-683-2

Copyright © 2015 by Morlacchi Editore, Perugia. Tutti i diritti riservati. È vietata la riproduzione, anche parziale, con qualsiasi mezzo effettuata, compresa la copia fotostatica, non autorizzata. mail to: redazione@morlacchilibri.com | www.morlacchilibri.com. Finito di stampare nel mese di aprile 2015 da Digital Print-Service, Segrate (MI).

# Indice


Praefatio 7

I. L'autore e il contesto storico 21

II. Notkeri Balbvli Gesta Karoli Magni: testo latino, note e traduzione 71

Conclvsio 373

Bibliografia 379

# Praefatio

Praeteritis temporibus cum rerum Romanarum cultores tum philologi vel in linguam Latinam vel in scriptores vel praesertim in opera, quae ad nostram usque aetatem pervenerunt, tanta incubuerunt alacritate, ut nullus amplius maneat locus, nullum prorsus exstet argumentum, quod aliquid novi proferre videatur. Nam de litteris Latinis, de civium militumque moribus et institutis, de uniuscuiusque auctoris genere scribendi, de legibus et innumeris aliis rebus tam multa et immensa sunt volumina comparata, ut omnia aegre una, eademque ampla, contineat bibliotheca. Ideo ne praeteritorum philologorum studia repetantur neu acer ingeni vis in futiles vestigationes revertatur, auctoribus classici qui dicuntur relictis, his temporibus sive linguae Latinae cultores sive rerum antiquarum vestigatores, in lucem doctos mediae aetatis auctores proferre conantur. Acria ideo ingenia inquisitionum fines merito distendere ac proferre non dubitarunt, quamvis docti illius aetatis viri, rudes ob scribendi genus diutius parvi momenti ducti, essent e memoria penitus obscurati tantoque in obscurissimis bibliothecis locis oblivionis obruti pulvere, ut clarissimi saltem maxima cum difficultate in lucem hodie revocentur. Qui tamen viri, quamvis in coenobiorum silentio vitam egissent, Ro-

manorum litteras ac doctrinam ad nostram usque aetatem detulerunt. Ipsi vero, doctrinae fideique armis destrictis, illius aetatis tenebras, in qua immanes ac feroces gentes Romani Imperii fines et Urbem ipsam ferro ignique vastabant, doctrinae et humanitatis, fidei et pietatis lumine sensim dispulerunt. Ad tantum munus perficiendum Benedictini, in quibus est Notkerus Balbulus, de cuius opere hac dissertatione sumus luculentius acturi, potissimum obtinent locum. Benedictinorum quidem opera Ciceronis, Vergilii, Livii, Horatii, Lucretii ceterorumque auctorum scripta per codices membranaceos sunt nostrae aetati tradita. Sed docti Renatarum Litterarum viri, cum antiquos detegerent auctores eorumque scribendi genus collaudarent atque imitarentur recentioribusque multo praestantiores ducerent, innumeros et doctos aetatis mediae viros iniuste atque inique in oblivionem adduxerunt, donec recentioribus his temporibus alacres vestigatores eosdem in lucem tandem protulerunt.

Recte ac merito adhuc id faciunt, quamvis inter doctos quoque viros, litteris eruditos optimisque rebus imbutos, non desint qui, illius aetatis auctoribus auditis, frontem adhuc contrahant, naso molestiam exhibeant, convicio illos consectentur vestigatores, qui tempus, cum barbaros paene et indoctos scriptores cognoscere conati atque ausi essent, frustra consumpserint et amiserint. Haud pauci vero, cum contraria docti atque eruditi viri saeculo praeterito docuerint, multos ac laboriosos libros conscripserint, nonnullas proprietates ostenderint et collustraverint, medium adhuc aevum barbaram ac rudem aetatem fuisse putant. Media illa aetate contra praeclari exstiterunt viri nec non monachi Benedictini, iidem optimis rebus instituti,

qui in antiquos auctores mentes verterunt, mirifica opera conscripserunt, discipulos rerum antiquarum linguaeque Latinae cultum tradiderunt, populos artes docuerunt, ingenii fideique lumina populis ostenderunt. Omnia enim Benedictorum coenobia fervidae fuerunt officinae, in quibus haud pauci, quos doctrina atque eruditione plurimi ducimus, animos aluerunt, spiritus roboraverunt, libros conscripserunt.

Inter acres aevi medii vestigatores ipse quoque, rerum novitate illorumque virorum doctrina captus, nonnullis abhinc annis referre volui. Haud inscius asperam sum ingressus viam, quam perpauci tantum docti viri magni faciunt et laudant. Ad illam aetatem collustrandam et collaudandam hanc dissertationem ad doctoratum adipiscendum exarare non dubitavi. Cum autem illa me fascinaret aetas, docto magistro duce, mentem et oculos in Notkerii Balbuli opus, quod *Gesta Karoli Magni* inscribitur, sum vertere ausus. Hic vero nescio quam multi docti exstent viri, iidemque optimis rebus imbuti, qui praeclarum illum noscant auctorem eiusque hymnos et praecipua opera legerint.

Inter doctissimos monachos Benedictinos Notkerus principem locum obtinet, quia acri ingenio praeditus multa et clara opera conscripsit. Ipse vero, ceteris relictis, sum de brevi tantum opusculo acturus.Ad quem emendate et dilucide exarandum, Notkerus est Romanarum rerum auctores imitatus, in quibus C. Sallustium Crispum necessario memorandum puto. Operi titulum, ut ex codicibus nec non editionibus criticius comperimus, Notkerus ipse imposuit. Ceterum Monachi Benedictini opus ad Karoli Magni aetatem cognoscendam, imperato-

ris gesta enarranda et collaudanda, eius indolem intellegendam tanti est ductum, ut Ioannes Godefridus Haefele, callidissimus editor et acerrimus illius aetatis vestigator, luculenta adnotatione critica Notkerii opusculum instruxit et per immensam illam antiquorum operum collectionem, cui *Monumenta Germaniae Historica* index, in vulgus edidit. Perdocta Haefele editio, ni fallor, haud multis abhinc annis per volumen vulgata, omnibus aevi medii vestigatoribus validum et idoneum est instrumentum et adiumentum, quo nullum potius vel aptius.

De Notkeri Balbuli vita ad nos nihil est prorsus traditum. Perpauca tantum scimus, quae ex eius operibus depromi possunt. Quod contra omnium opinionem minime mirum videtur, quoniam doctus vir, monachus cum esset, humilem vitam apud Helveticum coenobium, Sancto Gallo dicatum, silentio egit. Quo sancto in loco Sacras Litteras una cum doctissimis poetis meditatus est. Nescimus quidem quo loco circiter a. DCCCXL p. Chr. n. sit in lucem susceptus. Sed pro certo habemus monachum Benedictinum apud coenobium Sangallense a. CMXII e vita cessisse. Cum autem esset non solum doctrina atque eruditione, verum pietate etiam insignis et caritate, Notkerus per Iulium II, Summum Romanae Ecclesiae Pontificem, est a. MDXII sanctus renuntiatus.

Cum autem ad illam pervenisset aetatem, qua adulescentes quid facturi essent, decernere solent, Notkerus, neutro fortasse suadente parente, in praeclarum coenobium Sangallense contendit, ubi est usque ad extremum vitae diem moratus. Ingenio et voluntate praeditus, muneribus illis, quibus erat a Divino rerum Conditore donatus et ornatus, ita est usus, ut brevi praestantissimam

sibi doctrinam comparaverit et ab omnibus sit plurimi ductus.

Ceterum, ut e doctis et laboriosis monachi eiusque comitum operibus depromitur, coenobium Sangallense vel pietatis vel doctrinae mirum fuit lumen. Ideo innumeri monachi, optimis rebus instituti unique temporibus illis ex omnibus reapse docti facti, omnes fere Europae Septemtrionalis gentes non solum salvificam fidem sed doctrinam quoque et litterarum cultum docuerunt. Quam ob rem neminem doctum vel litterarum vestigatorem, immensa prope librorum mole nec non monachorum cura ad antiqua opera reperienda, transcribenda et servanda considerata, fugit quem locum clarum illud coenobium habuerit habeatque adhuc in Europa erudienda, in barbarorum immanitate tenebrisque fugandis, in antiquorum libris reperiendis, transcribendis, custodiendis, vulgandis. Ibi immensa paene monachorum eruditorumque virorum acies, cum multi praesto libri essent, idoneam sibi doctrinam atque eruditionem comparavit, posteris antiquae doctrinae lumen incorruptum tradiderunt.

Quo quidem in coenobio, in cuius amplissima bibliotheca non solum antiquorum verum recentiorum etiam auctorum erant opera congesta atque ordinata, Notkerus, doctis magistris docentibus et opitulantibus, in quibus innumeri Scholae Palatinae sodales potissimum habuerunt locum, est omnium longe eruditissimus factus. Ceterum hos quidem per auctores atque eruditos, qui linguam tantum Latinam in omnibus negotiis adhibebant, tota Europa, innumeros post annos quam erat Romanorum imperium a barbaris eversum, est a feris agrestibusque moribus ad hominum cultum civilemque

iterum adducta. Ad tantum munus obtinendum Carolus Magnus eiusque successores egregiam dederunt operam, ac magna auri argentique vi, latissimisque agris cum agricolis coenobia ditarunt. Francorum enim reges, monachis Sangallensibus adiuvantibus, novi imperii cives rebus non modo humanis sed divinis etiam excultos fecerunt, scholas instituerunt, bibliothecas comparaverunt, litteras renovaverunt et propagaverunt. Quam ob rem erga tantum ac tam magnum coenobium, ut ex Notkerii ceterorumve monachorum operibus depromi potest, benevoli et benefici fuerunt. Nam Carolus Magnus, Sacri Romani Imperii per Leonem Magnum imperator factus, quattuor circiter post saecula diversas Europae gentes iterum in unum redegit imperium, quamvis altero quodam modo. Imperator, enim, Christianus cum esset et catholicus, novae Europae alteram humanioremque dedit rationem. Europa tota per Caroli gesta et virtutes clara et antiqua Romanorum imperii fastigia renovavit, fines armis et vi longius propagavit, apud longinquas et immanes quoque gentes, Christianas per baptismum factas, innumera oppida, ecclesiis coenobiisque ornata, per monachos recta, ubique condidit.

Qua re visa funditusque perpensa, docti coenobii Sangallensis monachi secum diu quaesiverunt, quomodo novi imperii esset historia interpretanda, conscribenda, posterisque tradenda, qui rerum scriptor esset ipsis exemplum adhibendus, quod scribendi genus recipiendum atque usurpandum.

Cum autem antiquum et praecipuum non deesset exemplar et Ratperti liber, in quo de coenobii casu fusius egerat auctor, ei praesto esset, novum tamen historiae scri-

bendae morem illudque genus sequi statuerunt monachi. Illa enim aetate doctissimi et clarissimi viri ex omnibus Europae regionibus in coenobium Sangallense ad animos ditandos, ad doctrinam alendam ac fovendam, ad fidem augendam et renovandam haud inviti contendebant. Ibique nullus umquam eruditus vir extraneus fuit, quoniam omnes erant lingua Latina nec non fide rerumque antiquarum peritia coniuncti. Quibus disceptantibus, omnes uno eodemque tempore docebant et discebant. Illuc enim cum pervenissent, unusquisque vel discipulus efficiebatur vel magister. Quo factum est, ut coenobium Sangallense mira esset ingeniorum officina, in qua Notkerus quoque haud parvum accepit et obtulit auxilium atque adiumentum. Quorum doctorum viatorum opera librorum moles in annos augebat, bibliotheca ditior clariusque coenobium fiebat.

In tanta ac tam diviti Sangallensi bibliotheca insuper, cui Notkerus complures per annos praefuit, rerum gestarum servabantur libri, ab Ammiano Marcellino conscripti. Qui libri monachis haud parvo fuerunt auxilio, quia imperium Romanum extrema illa aetate erat Christianam fidem adeptum et expertum. Sed monachis, Notkero praesertim, illa quoque C. Sallustii Crispi opuscula, quibus *Bellum Catilinarium* et *Bellum Iugurthinum* indices, praesto et exemplo fuerunt. Quomodo denique monachis Sangallensibus profuerit Arnobius Siccensis, nullus doctus vir adhuc vestigavit. Nam Arnobii opus illa aetate apud Christianos saltem plurimi est ductum; quem monachi, cum mentem in historiam Christianam verterent, ignorare nullo modo potuerunt.

Quos libros legens ac meditans, Ecclesiae patrum magistrorumque exempla secutus, ante quam res a Carolo gestas conscriberet, necessariam et idoneam doctrinam ad historiam conscribendam sibi Notkerus, magistri exemplum imitatus et secutus, comparavit. Sed ante quam antiquarum rerum scriptores coleret atque imitaretur, ad musicos animum vertit et, musicus cum fieret ipse, modos Gregorianos coluit iisdemque ita est usus, ut nonnullos hymnos et antiphonas, ut liturgicas caerimonias dignum in modum celebrarent monachi, composuit et scripsit. Neminem enim fugit monachos Benedictinos modos Gregorianos adhuc tam erite quam qui maxime colere.

Nam apud bibliothecam Sangallensem est codex membranaceus servatus, in quo Notkeri *Hymnorum liber* continetur. Quibus quidem hymnis et sequentiis, vel ad memoriam exercendam et corroborandam vel ad Deum laudandum vel ad modos Gregorianos docendos ac tradendos idoneis, Notkerus Balbulus nonnulla melismata addidit. Quod ad rem musicam pertinet, illa aetate nullus vir, nullus monachus ita modos coluit, ut Notkero praestaret. Sed quantum acre sibi fuisset ingenium, aliis praesertim operibus ostendit, quoniam praeter poetas Notkerus rerum quoque scriptores summopere coluit. Et preclarum edidit exemplum illa tempestate, qua res a Carolo Magno gestas, Ecclesiae patrum doctrinam secutus eiusdemque lumine interpretatus, maxima cum cura narravit posterisque tradidit.

Cum autem monachi imperii Carolini historiam conscribere statuissent, in coenobii moenibus quomodo recentes rerum casus interpretandi essent, quomodo scribentes litterae sacrae auxilium praebere et iuvare possent,

diu disputaverunt. Quae cum ipsi quaererent, tractarent fusiusque vestigarent, praeter Augustinum ceterorumque auctorum Christianorum opera, eis haud parvum Ammianus Marcellinus praebuit auxilium. Cui est necessario nonnullas ob causas C. Sallustius Crispus addendus; sed et Arnobius Siccensis haud parvi momenti fuit, qui, ut supra innui, apud coenobium Sangallense, ni fallor, potissimum locum habuit. Sed hac de re alias.

Mortuo Carolo, qui tota vita providenti negotio ac prudentia fecit, ut immensum imperium sub unius potestate quam diutissime maneret, successores, dominandi cupiditate capti et obcaecati, veteris imperatoris vestigia atque consilia sequi noluerunt, imperium armis et vi in regna diviserunt. Reges tamen, minime rebus possessionibusque suis contenti, propinqui regni fines invaserunt, populos finitimos, qui lingua erant moribus institutis legibus coniuncti, bellis diuturnis excruciaverunt, urbes ferro ignique vastaverunt, regiones populati sunt. Quibus miserrimis de causis Francorum regnum Notkeri Balbuli aetate fragili atque incerta fruebatur pace. Nihilominus omnes reges haud secus atque Carolus Magnus erga coenobium Sangallense, quod innumeris privilegiis ornaverunt et agris et possessionibus ditaverunt, benefici et benevoli fuerunt. Quibus quidem temporum regnorumque condicionibus consideratis, ut Caroli Magni exemplum recentioribus regibus memoraret ac praeberet eosdemque doceret, quomodo esset fidelium regnum regendum, Dei voluntati parendum populusquead bonas virtutes informandus, Notkerus, Eginardi exemplum secutus, novum historiae genus conscribere statuit. Nam doctissimus monachus, cum materiam et gesta seligeret, non totam vitam,

sed quaedam tantum, eademque praecipua, Caroli coepta et facinora enarrare decrevit; nam Dei tantum voluntate Carolus fuit *caput orbis, admirabilis statue*, quae Sacrum Imperium Romanum significat, *aureum caput in Francis fuit*. Quibus quidem verbis *Gesta Karoli Magni* inchoavit Notkerus, ut lectoribus significaret, qui operis esset exitus. Et opus, si Auctor singillatim est Eginardum secutus, in tre libros dividere instituit. Quorum, eheu!, ad nostram usque aetatem duo tantum libri pervenerunt. Disputatur adhuc utrum tertius scriptus non sit an perierit. Si deperditus est, maximum est nobis incommodum, quia ad nos ea praesertim non pervenerunt, quae ad domesticam Caroli vitam pertinebant. Si contra scriptus non est, secum docti quaerunt, quanam de causa Notkerus opus ad finem non adduxerit. Ad quod perficiendum, cum esset opus a. DCCCLXXII scribi coeptus, sibi satis temporis fuit. Quae omnia hac saltem tempestate, quamvis maximi sint moment, omittere cogor.

Ut autem, avo multis laudibis elato, Francorum regum voluptatem satisfaceret voluptati eorumque animos ad recte agendum populorumque bonum adipiscendum moveret, Notkerius maxima cum cura nonnulla, eademque praecipua, facta memoria atque imitatione digna nec non novas et inauditas res, quas ex Karoli nepote acceperat, quadam cum suavitate et calliditate narrare statuit. Qua quidem de causa Carolus mirus apud eum est vir, omnibus a divina Providentia exemplo datus hominibus, qui in terris quoque, regis exempla imitati, divinis muneribus fruerentur.

Cum autem Carolus esset in terris instrumentum Dei factus, Notkerus nullam praetermittit occasionem, quin

imperatorem, rebus et temporibus mutatis, optimum atque acerrimum principem nec non victoriosissimum, providentissimum, piissimum, doctissimum non solum Christiani verum Francorum quoque reges ducerent ac sequerentur. Quam ob rem Imperator, armorum gloria regisque potestate atque auctoritate amissa, fide ductus et sapientia, se Christianum militem semper habuit. Haud fortuito Dei voluntate Papam Leonem, inimicis fugatis et necatis, ex angustiis liberavit.

Ut autem imperium Romanum armorum vi et innumeris bellis tam multas gentes in unius potestatem Dei iussu ac ductu congregavit, ita Carolus eiusque successores, Christi praeceptis obtemperantes, per baptismum et fidem omnes terrarum gentes iterum congregare iubentur. Illis enim temporibus, Graecorum philosophorum doctrinam secuti, quae per Augustinum et Ecclesiae patres in occidentalem imperii Romani partem pervenerat, apud coenobium Sangallense monachi iam de rerum unitate disputabant, quomodo scilicet omnia ad unum reducerentur assidue quaerebant. Ceterum cum omnia Deus creavisset ut hominibus saltem unum essent, Christus ipse oravit ut omnes homines, baptismate accepto, unum essent corpus. Ecclesia vero, a Petri successore recta, illis temporibus Christianorum omnium unitatis in terris mirum praebebat exemplum. Qua quidem re visa ac perpensa, monachi docebant reges, cum essent ad Christianorum unitatem efficiendam vocati et parati, Dei instrumenta esse. Hac vero tempestate, a barbaris Romanorum imperio everso, tantum coeptum Francorum regibus Deus commisit, quibus omnes terrarum gentes erant armis subigendae, per baptisma redimendae, per fidem in

unum congregandae. Quibus iussibus servatis, Carolus, cum Dei voluntati pareret, haud secus atque apostolus, est in terris Christi nuntius et instrumentum Dei factus. In felicissimis Caroli Magni coeptis Notkerus Dei digitum vidit, digitumque Dei eiusque voluntatem per nonnulla Caroli gesta successoribus ostendit. Qua quidem de causa, Romae apud Petri sepulchrum Summus Pontifex Leo Magnus Carolum Sacri Romani Imperii imperatorem proclamavit eundemque imperiali corona exornavit. Quo factum est, ut Deus fideles in Summi Pontificis, populos contra in Imperatoris potestatem redegerit, ut eodem tempore eodemque loco una Ecclesia, ita unum ubique terrarum imperium esset. Quibus in unum redactis, fideles compertum habebant unam in terris esse potestatem vel divinam vel humanam; potestatem divinam Summo Pontifici a Deo, humanam vero per Summum Pontificem, qui in terris est primum Providentiae instrumentum, Imperatori datam.

Tantum autem munus Notkerus Caroli successoribus memorat, qui cum imperium in regna divisissent, contra Dei voluntatem populos Christianos diviserunt et fecerunt, ut Christiani inter se bellis intestinis laniarentur.

Nihilominus haud pauci rerum scriptores, de illa aetate agentes, affirmare non dubitaverunt, indoctum fuisse Carolum et illis temporibus nullum paene floruisse doctum. Qui vero, si Notkeri opus legissent, tantas ac tam multas ineptias profecto non dixissent. Karolus enim, optimis rebus imbutus, litteras coluit et, doctis monachis faventibus et adiuvantibus, in omnibus fere imperii civitatibus innumeras scholas instituit, omnibus coenobiis Benedictinis, in quibus studia florebant, semper magno auxilio

fuit. Qui tamen, cum compertum haberet non omnes vel parochos vel monachos vel clericos, qui rebus divinis praeessent et celebrarent, idoneis esse rebus institutos *praeaecepit clericis suis, ut nihil ante gustarent quam easdem antiphonas in Latinum conversas ipsi praestarent* (II, 7). Quibus enim ex verbis non solum quae cultus divini cura, sed quanta litterarum doctrina Carolo fuerit colligitur. Qui permultos viros doctos, per quos est *Schola Palatina* constituta, tota vita Aquisgranam arcessivit.

Notkerus autem, Ecclesiae patrum doctrina imbutus litterisque sacris eruditus, haud fortuito his verbis opus inchoavit: *Omnipotens rerum dispositor ordinatorque regnorum et temporum*. Quod per syntagma ad libri illius initium, qui Genesis inscribitur, lectoris mentem ducit et magnam veritatem memorat: omnia esse a Deo creata ac disposita. In quibus, ut par est, cum tempora tum regna sunt. Notkerus fortasse, ut mihi videtur ed in adnotationibus memorare conabor, illum Ambrosii hymnum, cuius primus versus est *Aeterne rerum conditor*, memoria tenebat et in promptu habebat, quia apud bibliothecam Sangallensem erant Ambrosii etiam opera servata. Ad novam vero aetatem collaudandam, quam Deus per Carolum Magnum in terris renovavit hominibusque dedit, clarum et notum litterarum sacrarum locum, in quo Daniel Nabucodonosor somnium explicat, memorare non dubitat. Babylonis enim rex per somnium ingentem vidit statuam, cuius *caput ex auro optimo erat [...] pedum quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fictilis [...] donec abscissus est lapis sine manibus et percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus et comminuit eos* (Dn 2, 32 ss.).

Cum autem operis initium faceret et Caroli imperium atque aetatem collaudare vellet, nihil claro illo loco aptius apud sacras litteras Notkerus invenit, qui est iisdem fere verbis usus, ut in operis initio conspicere possumus: *... cum illius admirande statue pedes ferreos vel testaceos comminuisset in Romanis, alterius non minus admirabilis statue caput aureum per illustrem Karolum erexit in Francis*. Rerum enim scriptor, Augustini praesertim doctrinam ac vestigia secutus, in temporum regnorumque ordine ac dispositione Dei digitum ac voluntatem conspicit, cum persuasum habeat nihil, Deo nolente, in terris vel in hominum societate fieri posse. De quo argumento, quod mea saltem sententia, operis illius fons atque origo fuit, utinam fusius dilucidiusque agere potuissem. Ideo hanc occasionem nactus, acrem ac doctum Notkeri animum per dissertationis quosdam aditus ac postulationes altius perscrutari conabor.

Cetera, ne longus fiat sermo neu longius animadversiones nos ducant, ad Caroli vitam et indolem comprehendendam multa fusius dilucidiusquepro virili pertractabo.

Quibus breviter cursimque prolatis, hoc est insuper addendum: me primum, ni fallor, in Italicum sermonem Notkeri opus vertisse textumque nonnullis adnotationibus, vel ad philologiam vel ad rem historicam pertinentibus, primum instruxisse.

# I.
## L'autore e il contesto storico

*Ego balbus et edentulus non ut debui*
*circuitu tardiore diutius explicare*
*temptavi, veridicus speculatu.*
*Not. Gesta, II, 17, 2.**

Risulta oltremodo complesso, per non dire difficile, tentare di comprendere e di illustrare la vita ed il significato dell'opera di Notker Balbulo[1], *monachus Sangallensis,* senza descrivere, almeno nelle linee generali, l'ambiente ed il contesto, nel quale lo storico, meglio

1. * "Io balbuziente e senza denti non come avrei dovuto con una perifrasi alquanto ampiatroppo tardi ho cercato di esplorare, ma veridico nella ricerca". (Le traduzioni dal latino e dal tedesco, ove non altrimenti indicato, sono dello scrivente). Gli scritti di Notkero possono essere così riassunti: - *Libro di formule*, scritto per il vescovo Salomone III di Costanza, già suo allievo. Il testo è, in buona sostanza, una raccolta di formule, di lettere e di versi. Nella *Notatio de viris illustribus*, accurata introduzione al *Liber*, l'Autore espone un elenco di opere significative, volto ad aiutare Salomone nello studio della Bibbia, come indicato nella *Institutio divinarum litterarum* di Cassiodoro. - *Liber hymnorum*, raccolta di sequenze liturgiche in strofe riunite due a due a mo' di responsorio da recitare con musica sul testo dell'*Alleluja*. Interessante è la prefazione all'opera, nella quale, tenuti presenti i tentativi compiuti, si nota l'impegno dell'autore per stabilire le regole di questo nuovo genere, posto a metà tra il letterario ed il musicale. Questa, dopo i *Gesta Karoli Magni*, è la opera più importante, che ha consacrato Notker come teorico della musica e come compositore.

noto come *Poeta*[2], visse ed operò e dove nacque l'opera contrassegnata nei codici che l'hanno trasmessa con la denominazione di *Gesta Karoli Magni*.

Notker Balbulo, monaco benedettino, visse nel Monastero di San Gallo[3], ricco di tradizione, che visse la sua età dell'oro nella seconda

2. L'epiteto, formulato da W. von den Steinen, si riferisce alla copiosa produzione in versi di Notker, da Jacobsen definito "fiore all'occhiello del S. Gallo carolingio".

3. Costruito all'inizio del sec. VII d. C., il monastero prese il nome dal monaco iralndese San Gallo, discepolo e compagno di San Colombano, futuro abate di Bobbio. Il nuovo centro religioso, nel quale vennero raccolte e custodite le spoglie del Santo, assunse ben presto la regola di vita *celto-irlandese*, redatta a Luxeuil dallo stesso Colombano. Nella seconda metà del secolo, e comunque dopo la morte di san Gallo, il monastero andò in rovina; ma per intervento del conte di Waltram di Turgovia, il monaco benedettino Otmaro, il primo abate, provvide a riattivarne l'agibilità e la funzionalità. Ricostruito *ex novo*, assunse i titolo di abbazia e vi si stabilirono i monaci *colombaniani*, che nel 747, dovettero adottare la regola benedettina ed abbandonare quella lasciata da San Colombano. Il cambiamento, ovviamente, non fu indolore e fu così radicale che non passò sotto silenzio. Le conseguenze del malcontento, dovuto all'imposizione della nuova regola, diede vita ad una congiura contro Otmaro, abate dell'abbazia dal 719. Nel 759 ad Otmaro, accusato di adulterio, venne comminata la pena dell'esilio, cui fece seguito la triste condanna a morte per fame. La Scuola di San Gallo, cui è dovuta larga parte della fama goduta dall'abbazia, venne fondata sotto Pipino il Breve, mentre l'infaticabile opera di trascrizione, salvaguardia e tutela dei testi antichi in preziosi codici avrebbe avuto inizio con l'abate Waldo di Reichenau (782-784), il quale, grazie a quest'importantissima attività, attirò moltissimi monaci di origine anglosassone ed irlandese. Per intervento e richiesta di Carlo Magno, il Papa Adriano I inviò a San Gallo salmodianti esperti di canto gregoriano. Di questa attività si parla in più di un'occasione nelle pagine dei *Gesta Karoli Magni*, anche perché Notker fu un notevole esponente in tale campo. Un momento assai critico per la vita dell'abbazia, invece, si profilò durante il contrasto con l'Abbazia dell'Isola di Richenau sul Bodensee. Tra il secondo ed il terzo decennio del sec.X, inoltre, la minaccia dei Magiari, divenuta sempre più pericolosa, spinse i monaci a riporre libri e

metà del IX secolo, mentre la decadenza politica dell'Impero si faceva sempre più rapida. Ratperto, maestro e autore della prima parte della storia del monastero, i Casus San Galli, Notchero Balbulo e i suoi allievi Valdo, Salomone e Hartmann, Tuotilo, il versatile artista, così come il loro maestro Iso e due maestri irlandesi la cui peregrinatio terminò a San Gallo, caratterizzano il quadro di quell'epoca tanto amorevolmente dipinta da Eccheardo IV nell'XI secolo nella sua continuazione dei Casus[4].

L'ambito descritto dallo studioso si identifica e qualifica come significativo punto di riferimento per i dotti provenienti da più parti d'Europa, tutti accumunati dagli imprescindibili valori trasmessi mediante il vincolo culturale comune stabilito dalla lingua latina. Un altro e non trascurabile studio del contesto culturale, nel quale

---

codici in un luogo più sicuro, individuato in Richenau. Questo, nelle linee generali, l'ambiente in cui Notker Balbulo concepì e scrisse i *Gesta Karoli Magni*. Attualmente, dopo la ricognizione effettuata nel 2005, si stima che la *Stiftsbibliothek* possa contenere più di 160.000 volumi, tra questi sono da annoverare circa 2200 manoscritti, 500 dei quali scritti prima del Mille. Tra questi non può non essere citato il *Codex Abrogans*, che, ascrivibile al sec. VII, è uno dei più antichi testi in lingua tedesca giunto fino a noi. Assai utile è, attualmente, presso la *Stiftsbibliothek* il processo di digitalizzazione, grazie al quale è possibile accedere ai codici anche per via elettronica. È invece del sec. IX il carteggio, denominato *Pianta di San Gallo*, all'interno del quale sono contenuti documenti preziosissimi di architettura. Essi dono unici, perché redatti tra la caduta dell'Impero ed il XIII sec. I progetti ivi previsti, in realtà, non vennero mai eseguiti, per cui il nome con il quale si citano dipende dal fatto che sono custoditi presso l'Abbazia di San Gallo, dove si possono ancora oggi reperire. In seguito alla celebrazione di uno dei Concili di Costanza, avvenuta tra le mura dell'abbazia,vi furono incluse carte e disegni per realizzare la costruzione di un monastero ideale. Trattasi di documenti databili tra l'814 e l'817, nei primi anni di regno dell'imperatore Ludovico I.

4. Peter Christian Jacobsen, *Il secolo IX,* in *Letteratura latina medievale. Un manuale,* a cura di Claudio Leonardi, Firenze 2008, p. 148.

Notker visse ed operò, è offerto da Ch. A. Cingria[5]. Lo studioso descrive l'abbazia di San Gallo come un luogo, nel quale già dai suoi inizi vige un marcato radicamento di interessanti attività culturali, marcatamente connotate da un senso biblico-letterario. Tale orientamento, non del tutto nuovo in ambiente monastico, avrebbe favorito la fioritura di un certo tipo di studi e di attività, all'interno delle quali va collocato l'autore dei *Gesta Karoli Magni.* Notker, infatti, stimolato da questa particolare situazione e temperie culturale, ha potuto realizzare le sue intime aspirazioni, perché, naturalmente incline alla composizione di un'opera con risvolti di carattere politico, nel fervore di questi studi, ha colto lo spunto per operare una scelta di carattere storico. I precedenti interessi di Notker, come risulta dall'elenco delle opere, almeno in una prima fase, sembravano prevalentemente orientati verso trattati di teoria musicale, verso la composizione di opere poetiche oppure verso composizioni mistiche. Non bisogna dimenticare che Notker era un uomo di intensa spiritualità, come traspare anche da una lettura affrettata e superficiale dei *Gesta*, il cui messaggio edificatorio non è da trascurare né da sottovalutare, soprattutto in quel contesto particolare e in quel preciso torno di tempo, nel quale l'invasione dei Musulmani, giunti fino alle porte di Parigi[6], metteva

5. Cfr. Ch. A. Cingria, *La civilization de Saint-Gall, Les Cahiers Romands*, 5, 1929.
6. Dopo aver attraversato lo stretto di Gibilterra, sotto la guida di Tarik i Musulmani, con l'aiuto considerevole dei Berberi sconfissero il re dei Visigoti Rodrigo nei pressi di Xeres de la Frontera nel 711. Nel 718 valicarono i Pirenei ed invasero la Francia, espugnarono Narbonne, Carcassonne, Arles e Nîmes e si spinsero fino alla Loira. Ma furono fermati dal maggiordomo Carlo Martello nel 732 tra Tours e Poitier, il quale con questa impresa salvò la Francia e la sua cultura

in serio pericolo la stabilità dell'Europa sotto l'aspetto sia politico che religioso. Letta con quest'ottica, l'opera di Notker acquista nuova dimensione, in linea con gli intenti soteriologici della dottrina cristiana, in piena convinzione e adesione con la visione cristiana della storia, presente in opere coeve prodotte sia presso altri ambienti monastici sia all'interno dell'abbazia di San Gallo.

Notker non avvertì per tempo la vocazione per la ricerca storica. Questa maturò col tempo e rientra in una svolta avvenuta in un momento successivo, almeno come risulta dall'attenta lettura della sua produzione iniziale giunta fino a noi. Tale svolta, adeguatamente valutata, contribuisce a fornire interessanti spunti di riflessione in merito ai rapporti esistenti tra la monarchia carolingia[7] e la cerchia degli intellettuali, i quali, fin dai tempi della *Schola Palatina*[8], avevano sviluppato una particolare at-

---

cristiana. Anche se Carlo Magno riconquistò la "marca spagnola", tra i Pirenei e l'Ebro, la maggior parte della Spagna rimase fino al 1492 sotto il dominio dei Mori. Per più ampie informazioni si possono utilmente consultare R. Ménendez Pidal, *Historia de España II-IV*, Madrid 1935-1957; G. Lokys, *Die Kämpfe der Araber mit den Karolingen*, 1906; E. Patzelt, *Die fränkische Kultur und der Islam*, "Revue belge de philologie et d'histoire", 1934, 13, pp. 292-302; A. Amari, *Storia dei Musulmani di Sicilia I-III*, t. I, Catania 1933-36.

7. Particolari interessanti, a tal proposito, sono offerti dai capp.6-9 del I libro dei *Gesta*.

8. La *Schola palatina* è nota anche con la denominazione di *Academia palatina*, con voluto ed esplicito richiamo all'Accademia greca, fondata da Platone. Era un vero e proprio cenacolo, formato da intellettuali provenienti da ogni parte dell'impero carolingio e convocati ad Aquisgrana per volontà di Carlo Magno. Tra i fondatori, si ricordano Alcuino di York, Eginardo e Paolo Diacono; tra i nomi dei più importanti dotti che la animarono, inoltre, vanno citati il friulano Paolino di Aquileia, il franco Angilberto, l'ispano-visigoto Teodulfo di Orleans, autore dei *Libri Carolini*, nonché l'abate franco e cugino di Carlo Magno Adelardo di Corbie, autore del *De ordine palatii* e,

tenzione nei confronti della costruzione di un paradigma culturale che fungesse da polo di attrazione per l'intera epoca. Il sovrano, infatti, a distanza di circa otto secoli, volle rinnovare, e con successo, i fasti della corte augustea: con munifico mecenatismo accolse alla sua corte le personalità più eminenti nel campo della cultura. In considerazione del peso che questa acquistava e del lustro che conferiva al potere, non esitò ad arricchire di benefici vari tutti i luoghi, nei quali prosperava la cultura. E l'abbazia di San Gallo, proprio per il prestigio dei monaci nei campi più disparati della cultura, fu al centro delle attenzioni da parte di Carlo e dei suoi successori. L'abbazia prosperava sia sotto l'aspetto materiale sia sotto quello culturale, sì da essere un polo di attrazione unico in quel periodo tanto delicato quanto importante per la trasmissione della cultura alle generazioni successive. In quell'ambiente, dopo l'accurata cernita avvenuta nel III e IV sec. d. C., si discuteva quali opere latine del passato dovevano essere cercate, accuratamente studiate, trascritte e conservate per i posteri. Nel giro di pochi secoli tra le mura di San Gallo si costituì una ricchissima biblioteca, nella quale, accanto agli autori cristiani, confluivano e trovavano degna collocazione sia i Padri della Chiesa si gli autori pagani.

Qui, Notker curò la sua formazione culturale e, dopo aver coltivato la poesia e la musica, maturò l'idea di dedicarsi alla stesura di un'opera storica. Il peso e l'influenza di autori così importanti e di discussioni con dotti di varia estrazione e provenienza, nonché i motivi di tale orientamento vanno ravvisati all'interno della poliedrica offerta di attività e di ricerche attive nel fervido ambiente cultu-

infine, l'irlandese Dungal.

rale, presente tra le mura di San Gallo. Qui a poco a poco maturò l'esigenza di trasmettere una memoria storica del tempo sostanzialmente completa; si avvertiva, dunque, l'esigenza di delineare, e non solo su un piano teorico, il profilo del sovrano da assumere come punto di riferimento e paradigma da imitare. Bisogna tuttavia sottolineare che questa istasnza si presentò impellente in una situazione politica, caratterizzata da estrema incertezza, da profonda volubilità e da preoccupante instabilità: l'idea politica di Carlo Magno era ormai in disfacimento e l'incertezza, unita ad una preoccupante instabilità, suscitava nell'Europa cristiana un senso di malessere e di sfiducia nelle istituzioni sia politiche che religiose.

In questo angoscioso contesto storico, in compenso, si registra una sempre più netta e visibile assunzione di responsabilità[9] soprattutto da parte della Chiesa, la quale continua ad imporsi in maniera sempre più massiccia come mediatrice culturale nei diversi ambienti e nelle varie strutture della società. Questo ruolo, assunto fin dall'inizio del tardoantico[10], aumenta in maniera pro-

9. La presenza della Chiesa è da intendersi, *in primis,* da un punto di vista non solo culturale e morale, ma anche istituzionale. I rapporti che intercorrevano tra Carlo Magno ed autorevoli membri della gerarchia ecclesiastica, come si può cogliere a più riprese, e soprattutto tra le pagine del I libro dei *Gesta Karoli Magni,* costituiscono un elemento significativo di conferma in questo senso.

10. Il concetto di *tardoantico*, a seconda del punto di vista dal quale si esamina, può essere trattato sotto l'aspetto sia cronologico che diacronico. Importante, dunque, è la lettura storiografica che esso presuppone, con particolare riferimento all'idea di Medio Evo, con il quale il termine si relaziona. Esso, com'è noto, viene introdotto da Alois Riegl nel 1901. Il problema si presenta, quando si parla di Età antica come unità integra. Dipende, pwerciò, da *quando* si inizia a parlare di Medioevo. È, infatti, del 1469 l'espressione del Card.

gressiva quanto a significato e quanto a valore. Si tratta, in sostanza, di fattori che non potevano in alcun modo restare estranei e considerarsi ininfluenti nella progettazione di un'opera storica, quale i *Gesta* di Notker ambivano essere[11]. Grazie a questi l'intuizione teorica assume caratteri e contorni concreti. Alla luce dei dibattiti e degli esperimenti effettuati nei diversi ambienti monastici, sussistono motivazioni valide per ritenere che quei fattori non furono frutto di un'improvvisazione letteraria, nata

Nicolò da Cusa, il quale dice: *historia mediae tempestatis memoria retinebat*. Il dotto Umanista usa un'espressione, che verrà ripresa nel 1493 da Hatrmann Schedel e, nel 1514, anche da Giacomo Faber. Nel 1518, invece, Gioacchino von Watt parla di *media aetas,* mentre nel 1519 Beato Renano introduce la *media antiquitas* e, nel 1532, Giovanni Heerwagen parla di *medium tempus*. Nel 1575 Adriano Iunius usa l'espressione *media aetas*, mentre nel 1600 viene introdotto da Marco Welser il sintagma *media et infima antiquitas*, da Enrico Canisio *historia mediae aetatis*. Nel 1604, Melchiorre Goldstat introduce la *consuetudo medii aevi* e Federico Taubmann riprende l'espressione di m*edia antiquitas*. È del 1612 il sintagma *middle age*, coniato da Tommaso James, mentre nel 1621 Enrico Neibom parla di *media aetas* e Rausin, storico di Liegi, nel 1639 parla di *medium aevum.* Da tali definizioni, in buona parte elaborate in ambito tedesco, non si ricava l'idea di un'età ben definita, che, probabilmente estesa tra Carlo Magno e Dante, è comunque riconducibile a *medii aevi sive mediae et infimae latinitatis scriptores*. Così, infatti, vennero definiti da Gerardo e Giovanni Vossio, nonché dal Duchesne, gli scrittori di questo lungo periodo. Sin dal primo Rinascimento si andava, dunque, affermando l'idea di un'età intermedia, variegata e complessa, nella quale gli eruditi individuavano ambiti, fasi e fenomeni diversi. Può inoltre risultare importante, ai fini di una ricerca, riflettere sul valore che ebbe l'*Historia Media* di Giusto Lipsio, ripresa nel 1648 da Cristoforo Keller nella sua *Historia Medii Aevi* e, nel 1666, da Giorgio Horn.

11. Per il valore del ruolo svolto dalla Chiesa nello specifico contesto del Tardoantico, cfr. E. Auerbach, *Literatursprache und Publikum in lat. Spätantike und im Mittelalter,* Bern 1958; E. Auerbach, *Lingua letteraria e pubblico nella tarda antichità latina e nel Medioevo*, Milano 1960, trad. it. di F. Codino.

dal desiderio estemporaneo dell'autore; ma, come si evince anche da aspetti rilevanti delle scelte narrative operate da Notker, nonché da peculiarità stilistiche e strutturali dell'opera, si può supporre che, quando l'Autore decise di scrivere l'opera, esistesse già un *usus scribendi* abbastanza consolidato. Nel corso del tempo, come conseguenza di lunga riflessione, era giunto a maturazione sotto il profilo ideologico e stilistico un processo, che vede protagonisti Notker ed il Monastero di San Gallo, dove confluivano numerosi dotti dalle più disparati parti d'Europa. Questi erano tutti intellettuali di fede cattolica, i quali, attratti dalla fama del luogo e dalla politica in certo senso mecenatizia, avviata da Carlo Magno e portata avanti dai suoi successori, periodicamente sostavano in quel luogo. Ciò, ovviamente, contribuì notevolmente ad arricchire il dibattito culturale e a favorire lo scambio di idee in merito al particolare taglio da assegnare ad una ricerca storica almeno nella struttura, che si andava a mano a mano delineando e costituendo. La ricerca storica, avviata dai dotti presenti a San Gallo, sulla scorta degli autori classici, doveva necessariamente avere i caratteri della compiutezza, del rigore, dell'esattezza e della coerenza. Questo progetto era comunque destinato a concretizzarsi in un nuovo contesto, che trovava nella Chiesa, e nei suoi rappresentanti, la vera ed indiscussa protagonista del nuovo corso, quando spinte esterne sembravano attenuarne la portata e la presenza. Per dar corpo alla nuova avventura bisognava solo scegliere il personaggio idoneo ed il tempo, nel quale inserire il disegno provvidenziale di Dio tra gli uomini. Dopo matura riflessione, non fu difficile per Notker scorgere il periodo più idoneo, individuare il personaggio, de-

finirne i contorni e, attraverso la memoria, affidarlo alla storia. Poggiando su questi presupposti, Notker ha dunque tramandato ai posteri un'analisi dettagliata ed un'acuta interpretazione di un periodo tra i più interessanti dell'evo antico.

La Chiesa, soprattutto quella d'oltralpe, aveva incentrato la sua missione sull'accoglienza di dotti e di intellettuali il punto fermo della propria azione[12], almeno secondo la documentazione storica. Un'opera di carattere storico, nata all'interno delle mura di San Gallo, dunque, sono proprio i *Gesta Karoli Magni* di Notker. Nell'accogliere le istanze della nuova realtà, quale andava profilandosi in quel torno di tempo, l'Autore non ha potuto sottrarsi alla comune condivisione della *historia* come *magistra vitae*[13]. Ma, prendendo le mosse proprio da questo assunto, con il suo scritto il dotto monaco in Carlo Magno, uomo impegnato a restituire le sorti dell'Europa afflitta dalla pressione musulmana, intende mostrare ai contemporanei e ai posteri un paradigma da seguire ed imitare. Notker, pienamente consapevole della missione affidatagli dalla Provvidenza, non si sottrae al compito e all'esigenza di divulgare mediante la narrazione una serie di eventi ancora vivi nella mente di molti protagonisti. Alla tradizione orale non esita ad affiancare la scrittura, dopo un'oculata scelta di episodi particolarmente significativi soprattutto per insegnare, alla luce della teologia della storia, quale era la reale situazione religiosa e politica

12. In riferimento a tale considerazione, cfr. E. Amann, *L'époque carolingienne. Histoire de l'Église depuis les origines jusqu'à nos jours,* publiè sous la direction de A. Fliche et V. Martin, VI, Paris 1941.

13. Cic., *de Or.*, 2, 36: *historia est testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis.*

del tempo e quali azioni il cristiano si aspettava dal re, che, come cristiano, era l'unto del Signore. Alla luce delle sue convinzioni, Notker non esita a tracciare e a delineare la figura di Carlo Magno sul modello di quella di Davide e ad iniziare la narrazione con un'efficace similitudine tratta dalla Bibbia. Con tale narrazione, però, nonostante pressanti esigenze contingenti, lo scrittore non evoca un passato idillico come nostalgico *laudator temporis acti*, ma con lo sguardo rivolto alla felicità di Carlo, non si riferisce solo al momento attuale e, quindi, all'epoca della composizione, ma intende offrire un paradigma significativo per il futuro, soprattutto per coloro che sono chiamati ad esercitare il potere sulla terra.

Letta secondo i principi messi in atto nell'abbazia di San Gallo, l'opera costituisce un interessante recupero della memoria, che l'Autore utilizza secondo i fini proposti dalla dottrina della Chiesa. Durante l'opera di recupero Notkero, consapevole dei limiti imposti dalla storiografia stessa, non esita ad entrare in un periodo ricco di sfaccettature e ad esporre il fianco a critiche provenienti da una diversa interpretazione. Notker si muove con disinvoltura all'interno della stratificazione storiografica, che si era costituita, e alla critica, che vedeva con atteggiamento diverso l'opera di Carlo.

La breve agonia dell'Impero carolingio, dissolto in regni che cominciavano ad assumere i contorni di Stati autonomi, ha offerto certamente un contributo decisivo per la riflessione, la lettura e l'interpretazione in chiave soteriologica del recente passato elaborate secondo schemi ben delineati in seguito alla narrazione offerta da Carlo il Grosso, di passaggio a San Gallo.